



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nomenclator Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Qvi
Ab Anno Christi Millesimo quippiam commentati sunt, Sev
Ab Eo Tempore quo Pontificis electione ad eos tantum ob
Romani cleri multitudinem ...**

**La Rocheposay, Henri-Louis Chasteigner de
Tolosae, 1614**

A Stephano IX. Creatj.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10735

A STEPHANO IX. CREAT. J.

S. PETRVS DE HONESTIS Damiani filius, Ra-
uennas, ex monacho ordinis S. Benedicti, Episcopus
Cardinalis Ostiensis creatus: legationes duas Mediola-
nensem & Germanicam ad Henricum 4. Imperatorem,
difficillimis schismatum temporibus, strenuè obiuit,
humanarumque rerum celeriter euanescentium abundè
pertæsus abdicauit se Cardinalatu, repetito cœnobio:
in quo octogenario maior miti decessit obitu.

Scriptit æternùm proroganda opuscula.

De Ecclesiastica institutione, & simoniacæ hereseos
confutatione.

Opusculum quod prænotatur DOMINVS VOBISCVM,
id est, vtrum solitarius orans horas canonicas, de-
beat etiam dicere DOMINVS VOBISCVM, quando
nemo sit qui respondeat.

Vitas S. Macarij Episcopi Cesennæ, S. Odilonis Ab-
batis, S. Romualdi & S. Dominici loricati.

Disceptationem synodalem inter Regis aduocatum
& Ecclesiæ Romanæ defensorem.

Disputationem super questione, si Deus est.

De processione Spiritus sancti à Patre & à Filio.

De officiis Pontificis.

De incontinentia Episcoporum.

De proprietate Clericorum

De perfectione Monachorum.

Dialogum Iudæi & Christiani.

De horis canonicis disputationem

Quod nuptiæ fieri possunt sine coitu.

De disciplina Monachorum.

De Patientia gradibus.

De priuilegio Ecclesie Romanæ.

De reconciliandis hæreticis.

Lamentationem super anima immunditiae dedita.

Apologeticorum lib. 3.

De incontinentia Sacerdotum.

De vxoribus Clericorum.

De insolentia malignorum hominum.

Regulam solitariorum.

De auaritia Prælatorum.

De naturis quorundam animalium.

Declamationes quasdam.

Sermones circiter centum.

Epistolarum lib. 8.

Et alia. Qui plura uolet & potiori ordine digesta, Arnoldum Vuion consulat: è cuius operibus præfata deprompsimus. Obiit anno 1119. In Monasterio Portuensi ad Rauenam, ubi & sepultus est.

BENNO Cardinalis Germanus, Clementis 3. Antipapæ partes pertinacissimè consecutus, zeli feruentioris obtentu, Ecclesiam omni ope atque operâ perturbare conatus est, cumq; non ex voto res cederent, schismatico furore, & ex legi dementiâ percitus, ut famam contumaciæ suæ faceret. Gregorij 7. Sanctissimi Pontificis vitam commentis, mendacisq; refertam (ex hæreticorum ingenio quibus in probatissimum quemque Pontificem debacchari solenne est) accuratâ malitiâ euulgauit, cuius probrosi & auersandi voluminis nomen reticere par erat, si per Ecclesie iuratos hostes licuisset, quorum doloso cõsilio typis identidem admotum est.